



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

16 Familiam armatam numquid Episcopi habere poßint, lautè disputatur,
& in numeris sequentibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

xum decreta condere , nisi etiam debitas
exequitioni demandarentur , & qui vir-
tutis amore parere recusant , saltem formi-
dine pœnæ ad id sunt cogendi , † dubita-
tur numquid Episcopis liceat habere fa-
miliam armatam , & reos laicos in causis
criminalibus ad forum ecclesiasticum
spectantibus , seu misis carceribus trade-
re , & alijs pœnis corporis afflictivis
afficere .

17 † Quod liceat pro exequitione justitiae ,
facit text. in cap. attendendum , 17. quæst. 4.
ubi in carcerem jussu Episcopi detruditur ,
qui prædia ecclesiae dedicata vexat , ubi
glo. infert , ergo ecclesia habet carcerem , &
infligit pœnam relegationis , & cap. hi quis ,
& ibi glos. in ver. & exilio. 3. qu. 4 & quod
Episcopus habeat carcerem , & pœnam
corporis afflictivam infligere possit , ali-
quos verbetibus castigando , probat etiam
text. in c. contra idolorum , ubi Papa man-
dat Episcopis , ut idololatras , & incorrigi-
biles verberari , & castigari , ac in carceri-
bus includi faciant . & ibi glos. 26. qu. 5. cap.
super huius pœnit. cap. ut fame , §. laici vero
junct. glos. in ver. de mandato , & in ver. quo-
rum. de sentent. excomun. & c. cum Episcopi-
pus , de off. ord. Quæ comprobantur disposi-
tione text. in cap. 1. de off. ord. in quo Joa-
nnes Papa inquit : Habeant igitur Episcopi
singularium urbium in suis diœcesis liberam
potestatem , quo possint adulteria ,
& celera inquirere , uel sci & judicare , se-
cundum quod canones censem , absque
impedimento alicujus .

18 † Quæ verba recipiunt interpretatio-
nem , ut sine distinctione personarum , ac
sine alterius Magistratus requisitione , li-
centia , auctoritate , & ministerio , prædicta
omnia facere possint . Abb. in d. c. I. nu. 4. de

off. ord. & ibi Imol. num. 3. Dec. cons. 131. in
princip. cons. 300 n. 4. & 5. Curt. Iun. cons.
2. colum. 1. Ruri. cons. 18. num. 6. & 7. vol. 1.
Roli. Val. post. Archid. Bar. Bal. Butt. Ale-
xand. Corn. Gozad. per eum citatos , dicens
verbum , liberè , importare merā , & abso-
lutam auctoritatem sine impedimento , &
contradictione alicujus , in cons. 42. nu. 18.
& seq. & Cravet. cons. 530. num. 10 unde
cum liberè , & sine impedimento , ac con-
tradictione alicujus , possint reos in carceri-
bus detrudi facere , ad necessarium antece-
dens requiritur , ut pro capiendis reis habe-
ant familiam armatam , siue qua capi non
possunt , quia concessa fine dieuatur con-
cessa omnia , per quæ perveniuntur ad fi-
nem , l. ad rem mobilem , lib. ad legatum ff. de
procur. lib. & si non cognito , c. si contra jus
vel util. publ. cap. cum infirmitas , ext. de pœ-
nit. & remiss. cap. quoniam , de sent. excom. in
6. & Bart. in lib. ambitiosa , nu. 17. & seq. ff.
de decre. ab ord. faci. & quia Episcopi car-
cerem , in quem detrudant reos habere pos-
sunt , quodq; illum habuerit S. Io. Chrylo-
stomus probat Baro. in l. Anna. Eccles. to. 5.
Anna. 40. 1. pag. 143. lit. D. Quodque iudex
ecclesiasticus in causis ad forum ecclesiasti-
cum spectantibus propria auctoritate
Laicos personaliter capere , & in carcerem
mittere possit , tenuerunt etiam Rom. sing.
660. Felyn in cap. cum sit generale , nu. 20. de
for. comp. & eandem opinionem amplectitur
Covarr. præst. qu. cap. 10 sub num. 2. quam
opinionem in puncto juris veriorem esse ,
uti fulcitam à decreto Sacri Conc. Trid.
cap. 3. ibi contra quoscunque etiam laicos
per multas pecuniarias , seu per captionem
pignorum personatumque distinctionem
per suos proprios , aut alienos executores
faciendam s. ff. 25. de for. testatur Ignatius

K 2 Lop.

